

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0001-6

Sammelband von Diss




U.q.19,5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0002-1

*DISPVTATIO*

PROCESSVS IVDICIARII

Decima

# DE VTILISSI-
# MA AC AMPLIS-
## SIMA APPELLATIO-
## NVM MATERIA.

QVAM

*Ex Iure Civili Canon. Saxon. Ordinatione Cam.*
*Imperia. & receptis in foro Dd. opinionib.*
*deſumptam*

*Divino aſpirante numine*

SVB PRAESIDIO

*Magnifici,*

*Nobiliſs. ac Conſultiſs. Viri*

Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.
Celeber. in florentiſsimo Archigymnaſio Thuringo-
rum P.P.P. fideliſsimi Magdeburg. Con-
ſiliarii digniſsimi

*Exercitij gratia publice in I C. Acroaſi diſ-*
*cutiendam proponit*

M. IOHANNES COLERVS
G. S.

*Ad 13. Cal. Ianua. h. conſveta.*

*Ariſtotel. lib. 1. Eth. c. 3.*

Parum eſt jus noſſe, ſi uſus juris ignoretur. Quia finis civilis ſcientiæ non in cognitione, ſed in actione ſive practica conſiſtit.

IENÆ
Typis Tobiæ Steinmanni.
Anno cIↃ IↃ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0003-7

MAGNIFICIS NObilibus, ſtrenuis, antiqua virtute & fide, longoq; rerum uſu, ac Juriſperitia præſtantiſsimis Viris,

HENNINGO POGVVISCH
Dn. in Farben & VVanderavv &c.

ET

SIVERDO RANTZOVIO
Dn. in Helmſtorff & Loërſtorff &c.

*Dominis Patronis ac Mecœnatibus meis ſumma obſervantia colendis*

In debitæ obſervantiæ, officiorum & gratitudinis monumentum

*D. D. ac C.*

A. & R.

*Auguſtinus lib. 5. de Civitate DEI cap. 12.*

*Romæ olim nemo, HONORIS templum ingredi potuit, qui non eſſet VIRTVTIS prius ingreſſus.*

*Jaſon.*

*In cognitione terminorum & fundamentorum conſiſtit tota doctrina iuris &c.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0004-2

## CONTINUATIO.

CVm hactenus in præcedentibus diſputationibus, de materiis ad primam inſtantiam pertinentibus perſpicua methodo actum ſit: omnis autem ſententia, ſive iniquitate aut imperitia Iudicum, vel inopia probationum perperam lata, ipſo jure ſubſiſtat, ac in rem judicatam tranſeat, niſi impugnetur *a*: proceſſus judiciarii ordo requirit, in hac diſputatione de materia appellationum, quæ appendix primæ inſtantiæ *b*, (non tamen quo ad juſtificationem) eſſe videtur, pauca ſubjungere.

a *l. Quoniam nonnulli. 18. l. ſi conſtat. 8. C. de appell. l. illud meminerimus. 691. §. item cum. 2. in fi. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcin. l. cum prolatis. 32. in fi. de re iudi. l. ſi expreſſim. 19. de appell. l. ab eo. 3. C quomod. & quand. iud. ſent. profer. deb. Geil. 1. obs. 144. n. 1 & obſe 147. n. 11. Petr. Greg. in Syntag. iur. lib. 50. c. 2. Schvvart. in proceſſ. iudi. lib. 3. de ap. in pr. n. 1. & 2. cum ſeq.* b *Sichard. in l. invitus. 17. n. 5. C. de procura.*

# THESIS I.

APPELLATIONIS vox varias & quamplurimas habet ſignificationes. Nam primò ſignificat aut nominare *a*, aut accuſare *b*, aut alloqui aut vocare aliquem *c*, aut auxiliũ vel teſtimonium petere ab aliquo *d*: deinde appellari dicitur puella, cujus attentatur pudicitia *e*: aut debitor ut rem debitam ſolvat *f*,

vat *f*. aut appellare eſt magiſtratum adire agendi cauſa in edictoPrætoris *g*, In hac materia verò nobis provocationem à judice à quo ad judicem ad quem ſignificat *h*.

a *Cic. 3. offic. Publ. Scipione, qui primus Africanus appellatus ſit.* b *Livius, Blaccius Daſium de proditione appellabat.* c *Togatus triumphator pro Cluent. Appellat hilari vultu hominem Bulbus, ut blandiſſimè poteſt.* d *Eloquentiæ parens pro S. Roſcio. Te nunc Publi Scipio appello Schvv. d. lo. c. 1. n. 1.* e *VVeſenb. in para ff. de appell. n. 2.* f *Quintilia. appellabatur à Creditoribus ut ſolveret debitum.* g *de quo fit mentio l. 1. ff. quib. cauſ. mai. Eſt quoq; appellare in iudicio convenire. l. qui appellat. ff. de iudic. l. fideiuſſores. §. fin. ff. de fideiuſſ.* h *l. appellandi uſus. h. tt. Cic. 2. de legib. Schvvar. & VVeſen. d. lo. & Schard. in lexico iuris. de appel. vocab.*

II.

*Definitio appellatio.*

Eſt itaque appellatio ab inferiore Iudice ad ſuperiorem ſeu majorem *a*, non tamen ſubitò & ſine diſcretione, ſed gradatim, ne juriſdictiones confundantur *b*, propter gravamen illatum vel inferendum *c*, provocatio *d*: iniquitatis vel imperitiæ querelam continens *e*, & ad non deducta deducenda, & nondum probata probanda ſeſe extendens: quæ ſi eſt legitima juriſdictionem judicis, quoad illam cauſam ſuſpendit, & ipſius cognitionem ad ſuperiorem transfert, ſeu devolvit *f*. Cujus ſpecies ſunt duæ *g*, alia Iudicialis, alia extrajudicialis, quarum prima à ſententiis ſecunda verò ab actibus & decretis extrajudicialibus interponitur: *h* quare hæc priuſquam controverſia in judicio initium cepit interponi ſolet *i*, illa verò de rebus in Iudicio non deducendis, ſed jam deductis *k*.

*Diviſio.*

a *Quia de natura appellationis eſt, ut fiat de minori ad maiorem. l. appellandi. 1. §. 3. l. Imperatores. 21. ff. h. tt. l. addictos. 29. C. eod. cum ſuperior à minore. aut par à pari nullo modo cogi poſſit. l. nam magiſtratus. 4. ff. de recep. qui arbitr. recepe. l. iudicium. 58. de Iudiciis. l. ille à quo. 13. §. 4. ad SC. Trebel. l. ſi ſe ſubiiciant. 1. de iudic. l. eſt receptum. 14. ff. de iuriſd. Novel. 23. c. illo videlicet*

obſervando

obſervando.4.adde gl. in c.2.de conſvetu.in 6. Vbi dicitur non poſſe conſvetudine introduci ut appelletur à maiori ad minorem, vel ad parem Azo in ſum.C.h.tt.Mar.p.6 n.129. & n.3.VVesenb. in par.ff.hoc loco n.3 Brand.eod.n.2.Cuiac.ibi.n.4. b l.nemo.C.de iurisdi.omni.iud. gl.ibidem in verbo auxilium.c.pervenit. 11.q.1.& in c.nulla.Novel.15 id eſt, qui in gradu proximo ſuperior eſt ei à quo appellatur.c.placuit.92.q 6. Specul.lib.2.parte.3.§.nunc tractamus.4. gl.in iure Saxo.in artic.12 lib.2.cum qua concordat Magdeburgiſche Weichbildt recht ut Weichbildt art.1. in gl.col.2.& artic.10.in textu & gl. Nam omiſſo medio iudice remittuntur l.imperatores.21.hoc tt.c dilecti.66.eod.Novel.17.c.ſi tibi quoq;.3.in fi. Geil.1.obs.119.n.2. Vlterius probat, & dicit in toto imperio, id ita in uſu eſſe ſecundum Ordi.p.2.tt.29. Item Es ſoll. ſtatim in pr. quod tamen ita ſtrictè iure Canonico non obſervatur c.metrapolitanum.2.q.7. c c.ut debitus de ap.cle.ſicut eod.Mar.de ap.p.6.n.4 & 246.Bartol.in l.1.de ap.Panor.in Rubr. eod.Diſſentit Azo hoc tt.Tholoſſa.prædicto loco.n.3. d c. ad Romanam.2.q.6.c.cum ceſſante.60.de ap. Provocationis vocabulum generalius eſt,teſte Maran. d.lo. n. 1.& 2. citante Barto.in l.ſi minores.col.2.ver & tertio modo legitur. ff. de adminiſt.tut. quam appellationis, & ideo rectè generis loco ponitur argu.l.inter agnatos.5.ff.Vnde legi.l.ſi quid 47. §. 1. de lega.3. quia hoc propriè loquendo tantum judicialem continet appellationem, c.cum ſit.Romana.5.de ap.illud verò tàm judicialem quàm extrajudicialem, cum ſit omnis actus, per quem Iudicis officium ſeu auxilium imploratur. teſte Bart.d.loco. cum quo conſentit Abb. c.ſi.in 1.notab.de ſeq.poſſ fruct. Omnis appellatio poteſt dici provocatio,ſed non contra: licet ſæpiſsimè in jure confundantur hæc vocabula, ut l.tale factum. §.qui procuravit.ff.de pactis.l.ſi apud & l.ſi quis provocatione.C.de ap. e l.1.l.17.de minor:l.1.hoc tt.l.eos.6.§.ſi quid autem.C.eod.l.per hac.C.de temp & repa.ap.l.4 §.7.in fi.de damnat.Lancel.de attenta.c.12.n.2.Tholoſſa.d.lo.n.4 in fi.Duarenus ff.de ap.c.1.in pr. f c.in præſentia. de renuncia. Term.c.53.in pr. Schvv.d.lo.c.15. g d.c.cum ſit Romac.2.c.5.eod.l præſes.27.l.cum prolatis.32.de re iudica.l.3.C de excuſati.tutor.c.concertationi.3 h.tt.in 6. Baldus & Canoni in

 Rubri.

Rubri. de ap. diviſionem quadrimembrem adferunt, & aliam appellatiouem volunt eſſe ante judicialem, quæ ante litis conteſtationem fieri ſolet. *c. ſignificante. 34. & c. Rodulphus Clericus 35. de reſcript.* aliam introjudicialem, quæ poſt litem conteſtatam ante judicium fit, *c. 1. de dilat.* aliam judicialem faciunt à ſententia definitiva interpoſitam, *ff. 10. tt. de ap.* & tandem aliam poſt judicialem, quæ executioni adjicitur. *l. ab executore. ff. eod. l. ab executione. C. quando ap. non recip. c. quo ad, de re iudica. VVes. in para. ff. de ap. & relatio. n. 5.* Bartolus verò diviſionem aliam adfert in l. 1. n. 4 ff. di. tt. ubi tres recenſet tantum ſpecies, & vult aliam eſſe à definitiva, aliam ab interlocutoria, & aliam ab aliis actibus extrajudicialibus. Sed quoniam hæ ſpecies ſolummodo tempore inter ſe differunt, rectè cum practicis ad dicta duo membra revocabimus. *Tholoſſa. d. lo. n. 5. VVes. d. lo. n. 5. in fi. Chilia. Konning. c. 105. Termi. c. 53. Treut. in ult. diſp. theſi 1. p. 2. Panor. ad Rubri. h. tt. Geil. 1. obs. 120. n. 6. My. 4. obs. 43. non enim circumſtantia vel qualitas novam parit ſpeciem.* h *c. concertationi. h. tt. in 6. d. c. cum ſit Roma. c. bonæ memoriæ. 51. eod. & ibi Panor.* i *l. ſi quidem. 1. §. ſolent. 3. ff. quando ap. ſit.* cujus appellationis vigorem tam latè ſe extendere vult Accurs. *in l. qui reſtitu. ff. de rei vindi. & Phil. Franc. in Rubr. de ap.* ut interponi non ſolum poſsit, ab iis, quæ per Iudicem geruntur exequendo vel ſtatuendo extra judicium, & adverſùs alios quàm litigantes: ſed ab iis etiam quæ per alios, qui judices non ſunt, citra judicium exercentur *k* Cujus triplicem refert modum Mauſve. in tt. de ap. n. 32. à falſo judicato, â gravamine, & à juris & juſtitiæ denegatione. *Qualiter ſententia de iure Saxonico increpari debeat vi. art. 12, lib. 2. artic. 63. in gl. lib. 3. Weichbildt. art. 20 in gl. & art. 29. in gl. circa medi. Lehnrecht. c. 17. in textu. & gl. & Weichbildt. art. 11. in gl. poſt princ.*

III.

*Cauſa efficiens & impulſiva appellationis.*

Cauſa efficiens jus naturale eſſe videtur *a*, cum ſpecies defenſionis & præſidium innocentæ ſit appellatio *b*, vel certè, cum uſus ejus ſit antiquiſſima conſvetudo *c*, quæ cauſas impulſivas (haud

dubiò)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0008-4

dubiò) habuit imperitiam & iniquitatem Iudicum. (ratio enim communis ſuadet, tales oppreſſos auxilio dignioris magiſtratus ſublevandos eſſe) *d*, ac ut defectus probationis, interveniens principali lite, poſsit ſuppleri & reſtaurari in ſecunda inſtantia *e*.

a *arg. l. ut vim, 3. ff. de iuſti. & iur.* b *c. cum ſpeciali. 16 §. porro, de app. Panor. ad Rubri. h. ti. n. 6. & ibi Philip. Franc. n. 24. nec non Tholoſſa. ſup. d. lo. n. 37 in fi. ferè qui ad id allegat. l. 1. C. unde vi. l. ſcientiam. 45. §. qui cum aliter. 4. ff. ad L. Aquil. Didac. Covar. to. 2. lib. 1. practi. quæſt. c. 23. n. 6. Schn. Inſt. de interd. in pr. n. 17. Imola in conſi. 133. in 5. volum.* c *Livius deca. 1. lib. 23. n. 10. Ci. lib. 2. de LL. & l. 1. de ap. c. dilecto. eod. cle. paſtoral. de re iudic. Schn. n. 17. Inſti. de interd. Gei. 1. obs. 128. num. 1. Tholoſ. d. lo. n. 1. in fi. & de iure divino conceſſa act. 25.* d *l. non tantum ei. 6. de ap. Vives eod. n. 6.* e *l. per hanc 4. C. de temp. ap. l. eos qui 6. §. ſi quid. 1. l. in offerendis. 37. ferè in fi. C. de ap. Fer. in forma ap. à defini. n. 2.*

IV.

*Quæ perſonæ appellare poſſunt.*

Quare appellare poſſunt omnes gravati aut damnati *a*, aut quorum intereſt *b*, (qui & proſequi appellationem poſſunt, licet ipſi non appellarint *c*,) tàm in cauſis civilibus quàm criminalibus *d*, ſive proprio ſive alieno nomine, ſive unus ſive plures, tàm in die feriato, quàm non feriato *e*, exceptis caſibus jure prohibitis *f*.

a *Quia commune damnatorum remedium eſt. l. cum minor. 3. §. falſus procurator. 4. in fi. ff. ratam rem hab. c. omnis oppreſſus. 3. 2. q. 6. Unde & excommunicatis non interdictum eſt c. ſignificarunt. 9. c. cum inter. 5. de except. & c. 11. eod. c. dilecti filii. 52. cum c. ſeq. & ibi Innoc. n. 2. nec non Panorm. n. 1. cum ſeq. c. ad præſentiam. 16. h. tt. Specu. §. 1. de ap. & ſecundum nonnullos Crimine læſæ Maieſtatis accuſatis Gomeſi. q. 3. varia. reſolut. Clar. §. fin. q. 94. Treut. in ult. diſp. p. 2. th. 2. & facit ad id textus in l. non tantum. h. tt. gl. in l. Pannonius §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæredi. c. 24. & 25. in actis Apoſt. non autem legitimè condemnatis l. conſtitutiones. 16. ho. tt. l. quisquis. C. ad L. Iul. Mai.* Nec ſubditi cogi poſſunt appellationi renunciare, *ſecundum Ordi. Cam. p. 2. tt. 28. §.* Unnd dieweil *& Reces. Ratisbo. ſ. 302. §.* Nach dem etliche. b *l. non ſolum. 1. in pr. de ap. recipi. l. ſi procuratoris. 2. §. ſed ſi. 1. ff.*

quando

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0009-4

*quando ap.ſit.l.ab executore.4.§.alio condemnato.2.l.ſi perluſorio.
14.de ap.VVeſenb.h.lo.n.7.c.non ſolent.2.q.6.* c *l.à ſentent.
5.d.tt.c.cum ſuper.17.& ibi Panor.n.4.& 27.de ſenti.& re iudic.*
An autem tertii victoria pro ſuo intereſſe appellantis,
proſit victo jam antea principali dubitari ſolet? Nos af-
firmandum putamus. *per l.ſi Iudici.1.cum l.ſeq.C.ſi unus ex
plurib.c.una ſententia.de ap.Geil.1.obs.122.n.7.* Ita quando
unus ex pluribus appellat prodeſt quoque cæteris, ſi
communi jure iuventur: Vbi enim eſt defenſio com-
munis ibi & eadem ratio vincendi eſt, *l.ſi iudicis.& l.ſi
una eademq́; cauſa C.ſi unus ex plu.l.ſi qui.10.§.ſed cum adverſus
2.& fi.de ap.l.ſi libellum.C.de divers.reſcript.Geil.1.obs.126.n.3.
Secus de iure Canonico vult eſſe Goth.in notis ſuis adiectis.in d.l.ſi
libellum.1.* Sic & appellatus quando appellans deſerit
appellationem poteſt eam proſequi, licet non appellave-
rit. *l.uti.C.hoc tt.Geil.1.obs.122.n.3. Duar.c.2.hoc tt.in pr.
Franc.in c.directæ.39.n.7.d.tt.* d *l.eos qui.6.§.ſuper his.3.l.
manifeſtè fas eſt.12.l.litigatoribus.14.l.addictos 29.cum l.ſeq.l.&
in maiorib.20.C.de ap.l.ſi quis 6.C.ſi reus vel accus.mort.fu.l.ſi pro-
curatoris.2.§.fi.ff.quando ap.ſit.l.non tantum et.6.l.Lucius Titius.
18.de ap.VVeſen.d.lo.& n.Specul.hoc tt.§.in quib.Duaren.d.c.An-
gel.de maliſi.in ver.præſente.d.Caio & appellante Bruno à Sole in
conſilio ſuo criminali an.204.uſq́; ad fi.Paul.Grillan.in
tract.ſuo de relaxatione carcer.in tt.de ſententia & pæna execut.
q.2.ibi ſecundo quæro.Schn.in Inſti.de interdi.in pr.n.17.* Et
non ſolum licitum eſt provocare pro omnibus ad ultimū
ſupplicium damnatis, ſed etiam illis contradicentibus.
*text.eſt in d.l.non tantum.6.& d.l.addictos.29.& l.addictos.6.C.
de Epiſcopa.aud.* niſi in cauſa notoriè manifeſta ex ipſa e-
videntia facti, *c.ex literis,10.de ſponſal.* ſecùs ſi quis con-
demnatus ſit propter Notorium fama, aut Iure Notori-
um, videlicet cum convictus ſaltem ſit per probationes
adverſarii. Nam in iis caſibus in quibus poteſt fieri
contraria probatio, appellatio meritò admittitur.
*argum.c.transmiſſa, qui filij ſint legiti.& l.obſervare.C.quor.ap.non
recipi.Conrad.Lagi.in Meth.Iuris Civili de ap.n.32.& 33.Mara.
eod.lo.n.359.* Quæ tamen omnia hodiè per conſuetu-
dinem

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0010-5

dinem totius Germaniæ, ſecundum quam nulla admittitur in criminalibus appellatio, non attenduntur nec obſervantur. *teſte Geil. 1. obs. 1. n. 28. & in tractatu de pace pub. 1. c. ult. circa fi. Mynſing. cent. 4. obs. 41. Ord. Cam. Imper. p. 2. tt. 28. §. Item* Nach dem auch. *4 & in Comitijs Auguſtanis Anno 1530 celebratis. §. Item* Als izt etliche zeit. *quam ſententiam confirmat l. obſervare. C. quor. ap. non recipi. & Ius Saxo. art. 12. ibi* Wirdt ein Mann gefangen vmb vngericht/ vnnd vor Gericht bracht / der mag kein vrteil ſchelten/etc. *lib. 2. & ibi gl. n. 16. & gl. in art. præcedenti. n. 16.* quia tales tantum ad pœnam prorogandam appellare præſumuntur, *unde in l. ſi quis forte. ff. de poenis. dicitur*, quod damnatus ad mortem non debeat audiri ultra, quicquid dicere velit, etiamſi de ſalute principis ſe dicturum diceret. Quare & in Camera Imperiali non admittuntur tales appellationes, excepta nullitate proceſſus, in qua citationem contra Iudicem criminalem concedunt, *referente Geil. d. l. & Mynſing. centu. 4. obs. 42. Chil. Kon. c. 118. & habentur expreſſè in d. §. item* nach dem auch. *&c. Caſus aliquot in quibus in criminalibus & de iure appellare non licet. Vide apud Anto. Gome. Variar. reſolutio. lib. 3. c. 13. Imola. in l. fi. §. iuſſus. n. 9. ff. de ap. & nonnulli his verſiculis de quibus ſeorſim in th. 9. agemus, comprehenduntur.*

*Appellare vetat, ſcelus, excellentia, pacta,*
*Contemptus, minima & res, indictio facta*
*Arbitrium, res quæ perit, & ſi longius acta.* e *l. quoniam. cum ibi notatis C. de ferijs.*

## V.

Proprio nomine appellant, qui non neceſſe habent, ut alii pro ipſis in judicio agant, Similiter qui ad civilia munera, vel ad decurionatum vel honores evocantur *a*, Item deportati *b*, milites *c*: procuratores in rem ſuam dati *d*, &c. Alieno verò nomine procuratores ſi ſingulariter ſint dati, aut mandatum habeant ad totam cauſam *e*, in qua & appellationem proſequi coguntur *f*, quod ſi neglexerint, actione mandati tenentur ad intereſſe *g*. Sicuti & Tutores nomine pupillorum & Curatores nomine minorum, tu-

*Qui ſuo nomine appellant & qui alieno.*

tela & cura nondum finita, nec rationibus redditis *h*. Item alius nomine procuratoris *i*, creditor nomine debitoris, ab alio victo *k*, & emptor de proprietate victus auctor ejus appellare poterit *l*, dominus pro ſervo *m*, & ſubditis, etiam ſine mandato quantum ad ipſius intereſſe attinet *n*, non verò quatenùs jus & utilitatem tantum ſubditis acquirere ſtudet *o*, quia nemo alienæ litis idoneus defenſor ſine ſatiſdatione intelligitur *p*, fidejuſſores pro eo pro quo intervenerunt *q*, filius nomine patris, & vice verſa pater pro filio *r*, ſicuti & mater propter pietatem *s*, maritus in bonis dotalibus tanquam legitimus dominus rerum dotalium *t*, & procurator conjugis in bonis paraphernalibus *u*, non autem in bonis mulieris ſibi reſervatis, in quibus uxoris nomine neque agere neque appellare poteſt, niſi cautionem de rato præſtet *x*, legatarius pro herede per inofficioſi querelam victo *y*, ſicuti & cohæredes nomine cohæredum *z*. Et denique in omnibus cauſis licet pro alio appellare, in quibus pto alio agere poſſumus *a*.

a *l bi qui 7.l.ſi ad 4.l.cives 11.C.de ap.l.Imperatores. 21.§.ſi magiſtratus.ff.eod.l.ſi qui ad munera publ. 1.ff. ſi tuto. vel cura.l.non videtur.4.C.de muner.patrimon. l.unica. C. de vocat. publ.* b *l.unica.§ propter eundem.ff. nihil innov. ap. interpo.* c *l.qui ſuſpectum.20.§.militibus.2 ff.de ap.* d *l.ſi quidem. 1.§.quare procura.12.ff.quand.ap.ſit.l.1.in pr.de ap. recip. l.eos qui.§.ſin autem.C.de ap.* e *l.ab executore.4.§.ſi.ff. eod. l.ſi procurator.2.ff.an per ali.cauſæ ap. redd.poſſ.* non autem ſi tantum ad unicum actum judiciarium dati ſunt, *Myns. cent.1. obs.46.VVurm.1.pract.5.obſer.90.Geil.1.obs.51.n.11. & obs. 139.n.11.quod & in Cam. receptum eſt,Ordi p.3.tt.12.§.* So viel dann vor das dritte 8. An autem procurator ſpeciale mandatum egreſſus, aliud in præjudicium domini facere poſsit, dubitatur? Negamus. *l. ſi procnrator. 10. & l. procuratorem.16 de procurator.* f *Practic: communiter hic diſtinguunt teſte Geil. 1.obs.139.n.11.* inter appellationem ab interlocutoria & definitiva factam: priorem procu-



ratorem

ratorem proſequi debere affirmant, quia ex prioribus actis juſtificanda eſt. *c. ut debitus. 59. de ap. c. appellantis. in Clem. de ap. Chilia. Konnig. c. 105. n. 2. Termin. c. 53.* Poſteriorem negant cum videatur causa diverſa à principali. *l. per hanc. 4. C. de tempor. ap.* Quia gaudet beneficio. *in d. l. per hanc. l. eos qui. §. ſi quidam. C. de ap. c. cum Iohannes, de fide inſtrum. expreſſo, videlicet ut novis rationibus interdum ex defectu probationis antea omiſſis probare poſſit: quod in mera interlocutoriæ nequaquam conceditur. c. cordi. de ap. in 6. gl. in c. cum cauſam. h. tt. Mar. d. lo. n. 10. Termin. c. 53. Geil. 1. obs. 129. n. 1. & obs 130. num. 3.* Verum quo ad Theoriam, ſi tàm ad cauſas futuras, quàm præſentes ſit datus procurator, indiſtincte putamus eum teneri proſequi appellationem. *l. ſi procurator. 10. & l. invitus. 17 & ibi Dd. & gl in verbo, extendere. l. quæ acta. ff. de offici. procura. Caſa. Azo in ſum. C. de procura n. 33. gl. in fi. in l. qui propria. 46. §. item quæritur. 3. ff. eod. quæ ad id allegat. l. ſi procurator. ff. an per ali. caus ap. red. po. Bartol. in d. l. invitus.* g *l. ſi procuratorem. 8. §. mandati actio. 6. ff. manda. vel contr. c. non iniuſtè 14. de procura. Geil. 1. obs. 45. n. 1.* Vbi nu. 5. adjicit nam de omni culpa lata levi & leviſsima procurator tenetur. *l. procuratorem. 11. l. à procuratore. 13. C. manda. vel contr. l. ſi maritus. 5. l. in re mandata. 21. eod.* excepto inproviſo caſu, *d. l. à procuratore. & l. contractus. 23. de R. I.* h *l. ſiquidem. 1. §. tutores. 13. ff. quand. ap. ſit. l. negotiorum geſtorum. 24. l. tutor fi. 27. l. cum in una. 17. §. tutor. 1. l. creditor. 28. §. ult. de ap. l. tutor ut curator. 2. ff. ſi tutor vel curator magis. crea: ap. l. 5. §. 6. de adminiſtra. tuto. l. 1. C. ut caus. poſt pub. l. 1. de fideiuſſ. tut. l. idem. 1. de hæred. tuto.* Imò ſi tutor aut curator, aut negotiorum geſtor appellavit, diuque litem traxerit, medii etiam temporis uſuras ſolvere cogitur. *l. tutor condemnatus in pr. 41. de uſuris. l. ulti. de re iudica.* i *l. ab executore 4. §. fi. de ap.* k *d l. ab executore. §. idq; ita. 4. l. ſi ſuperatus ff. de pignor. & hypoth. l. præſes. 5. C. eod. l. 63. ver. ſcientib ff. de re iudi.* l Et vice verſa, ſi auctor egerit & victus ſit, non eſt deneganda emptori appellandi facultas, *d. l. ab executore §. item ſi. 3.* & emptor appellare poteſt, quoties venditor tempore ſententiæ abſit à Iudicio. *Covar. to. 2. lib. 3. c. 17. n. 9.* m *l. ſervi*

*appellare 14. l. Lutius Titius. 18. de ap.* n Etſi non principaliter, tamen ad conſequentiam, quia factum ſubditorum tangit dominum. *l. vim facit. 11. de vi & vi arma, § ſervus autem. 3. Inſti. de iniur. l. item ap. Labe. 15. §. 35. 45 & 49. ff. eod. Guid. Papa. quæſt. 20. de ap. & in deciſio. Parlam. q. 464. Specula. §. 1. in fi. de ap. Geil. 1. obs. 125. n. 4. quod & in Clerico, Monacho, Cive & Vaſallo receptum affirmat Bartol. in 1. §. ult ff. de iniurijs. quorum nomiue Epiſcopus, Abbas, Civitas, & dominus iniuriarum agere poteſt. Geil. d. lo. n. 5. Phil. Fran. in c. dilectis fil. n. 5. de ap.* At hoc de ſimplici fortaſsis actione intelligendum erit? minimè, ſed etiam in appell. Nam ſi tertio quo ad intereſſe appellatio conceſſa ſit. *l. 36. ff. de re iudica. c. cum 17. de ſententi. & re iudica.* qui & appellationem ab alio interpoſitam proſequi poteſt, licet ipſe non provocaverit. *l. à ſententia. 5. §. idem. 2. & l. ab exucutore. 4. §. alio 2. de ap.* Cur non & domino pro ſuo intereſſe, & cæteris. *l. ſervi appellare. 15. de ap. & c. dilectis. 15. eod. Guid. Papa decis. Parlam. 464. per tot. & quæſt. 21. de ap. ubi allegat c. dilecto circa pr. de ap.* Porrò incerti juris eſſe videtur, quando dominus per privilegium exceptus eſt à juriſdictione alicujus, ſubditi verò ipſius ad illam vocantur, dominus propter incompetentiam fori excuſat ſuos: Iudices verò nõ obſtãte privilegio in cauſa ꝓcedunt, à quo facto dominus appellat, ſubditi verò non, an tunc etiam appellatio domini proſit ſubditis? Et nos ſententiam affirmativam, ut & in Camera receptam & veriorem, defendere conabimur. *l. principaliter. 19. C. de lib. caus. l. Titia. 34 ff. ſolut. matri. Bald. in l. 3. 4. & 5. ff. de lib. caus. Geil. 1. obſ. 126. n. 1. & 2.* o *absq; mandato videlicet. textus & gl. in verb. pertinent in c. auctoritate. 4 de privile. in 6. Geil. 1. obs. 125. n. 1. cum ibi allegatis.* p *l. qui proprio. 46. §. qui alium. 2. l. non videtur. 53. ff. de procura l. 14. qui ſatisdar. cog. l. 110. de R. I. §. ſi verò reus. in fi. 5. & §. ſi verò in perſo. 1. Inſt. de ſatisdatio. l. unica. C. eod. Novel 88. c. 1. in pr. l. 21. in fi. ff. quibus caus. mai. l. 4. §. 3. quib. ex caus. in poſſeſſio. l. 63. de iudicijs.* q *l. à ſententia. 5. in pr. de ap.* r *l. ſi procuratoris. 2. §. ſi is. 2. quand. ap. ſit. l. ex conſenſu. 23. §. filiumfamili. 2. de ap.* s *l. non ſolum. 1. §. 1. de ap. recipi. l. ampli. de lib. caus. gl. in iure Sax.*

li b. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0014-8

lib. 2. tt. 63. ibi: Eine jede Mutter mag wol zu erhaltung ihres Kindes rechten. t *l. doce ancillam C. de rei vindica. l. quoties. C. de iure dot.* u *l. cum rem. 2. in pr. C. de procura. l. 2. C. qui dar. tut. poſſ. l. hac lege. 8. C. de pactis conven. l. Maritus. 21. C. de procu. Si dederit mulier inſtrumenta paraphernalia. l. ſimul. 11. de pact. Con. l. 7. §. 3. de iure dot. l. 13. §. 10 de hæredi. petitio. l. 5. l. cum dotem. C. de iure dot. in. Geil. 1. obs. 133. n. 6. & 7. My. centu. 3. obs. 53. Alciat. 1. præſumpt. 33. VVurms 1. pract. 37. c. 7. Borch. in §. per tradition. in verb. ſtipendiaria. in Inſt. de rer. divi. Schn. in §. idem reſcripſerunt. n. 2. inſti. de excuſati. tutor.* x *d. l. hac le. & d. l. maritus. quod tamen de iure Saxonico ſecus eſt, quia ex eo iure, maritus eſt legitimus curator ſuæ uxoris, quæ cum omnibus bonis in ipſius tranſit poteſtatem. lib. 1. art. 31. & ibi gl. n. 2. in fi. & n. 3. in pr. art. 45. lib. 3. art. eod. &* Weichbildt. *art. 25. in gl. verb. in d. art. 31. lib. 1. hæc ſunt;* Wann ein Man ein Weib nimpt/ ſo nimbt er ſie in ſeine gewehr / vnnd alle jhr gut in rechte vormundſchafft. *de quadruplici patrimonio mulieris habetur in iure Saxon. lib. 3. arti. 76. ibi:* Nimt ein Man einn Widwe etc. *& in gl. n. 2.* An autem è contra ex natura correlativorum uxor pro marito appellationem interponere poſsit, dubitari ſolet? Nos omninò negamus *per l. quia 4. C. de procurato. Defendi enim uxores à viris, non viros ab uxoribus æquum eſt. §. pariter. Inſt. de iniur. aliam rationem reddit ius Saxo. art. 63. ibi* Es mag kein Weib. *& gl. in pr. lib. 2. & lib. 3. art. 30. in gl. n. 4. lib 1. art. 46. Et cum ab omnibus officijs cuilibus remotæ ſint. l. fæmina. 2. de R. I. nec pro alijs poſtulare poſſunt. in l. hunc tit. 1. §. ſecundo loco. 5. ff. de poſtulando. niſi pro libertate. l. amplius. 3. §. cum vero. 2. ff. de liberal. caus. & in captivitate mariti, quia carcer ſpecies ſervitutis eſſe videtur. l. nihil. 2. ff. de hom. lib. exhi. l. foeminas. 41. ff. de procurato. Quod & in Camera receptum affirmat Geil. 1. obs. 133. n. 8. Sicut & alias in iudicio agere non prohibentur, quando in aliquo officio ſunt, ut Abbatiſſæ c. cum dilecta. circa fi. de confir. utili. & ibi gl. in verbo procuratricem. c. dilecti. de arb. & in iure Saxo. d. gl. in pr. lib. 2. art. 63. deinde in propria cauſa. l. quia abſente. in fi. C. de procurat. l. procurator. 55. ff. eod. & quando cauſa ad ægrotos ſpectat parentes. l. foeminas. 41. ff. d. tt. nec non interdum quando tutoris officio funguntur. l. ult. C. quand. mul. offi. tut.*

*ſun.poſſ.l.qui aliena.§.quanquam de negot.geſt.* y *l.à ſententia.5.§.ſi hæres.1.ff.h.tt. l.ſi ſuſpe.29:de inoffici.teſtam.l.ſi pro luſorio.14.in pr.de ap.* z *licet & ſine appellatione tutus ſit cohæres d.l.5.in pr.ff.de ap.* æ *l.quæri ſolet.1.ff. an per ali. cauſ. ap.red.*

## VI.

*Qui appellare non poſſunt.*

Porrò de jure appellare vetantur, abſens contumax in non veniendo *a*, Concitator & dux ſeditionis *b*, latro inſignis *c* procurator ſuo nomine in cauſa aliena *d*, licet efficiatur dominus litis *e*, lite conteſtata, confeſſus in judicio ſe à Iudice non provocaturum *f*. Abſque tamen formidine tormentorum *g*, ſervus ſive pro ſe, ſive pro domino *h*, debitor ærarii privati principis *i*, & publicus vel privatus *k*, adulter *l*, homicida *m*, confeſsi tamen vel manifeſtè convicti, delator & vice verſa relator juramenti *n*, dilationem ſolvendi petens, qui præſumitur ſententiam approbaſſe *o*, monetarius falſus *p*, in principis cauſa condemnatus *q*, & qui per pactum appellationi renunciavit &c. *r*.

a *l.properandum.13.§.& ſi quidem.2.§.ſin autem.3.cum §.ſeq.C.de iudi.l.eius prima.& l.abſtinendum.4.in fi.C.quo.ap.non recipi.l.& poſt edictum.73 de iudi.l.ex conſenſu.23.§.ult. de ap.Novell.82.c.5.c.quor.§.ſunt autem.2.q.6.c. de illicita.24 q.3.c.perſona de ap.l.Divus Anto,ff.de reſti.in inte.l.ab eo.C.quomod.& quand.Specul.in tt.de contu.§.1.Bald.in l. diffamari.C.de ingenmanu.Getl-1.obs.132.n.7.Sichard.d.l.properandum.§.ſin autem.num.9.& 10. quod tamen de vero & non ficto intelligimus contumace, qualem eum eſſe putamus, qui ſe comparturum vocatus expreſſè negat. l.Fulcinius.§.fi.ff.ex quib.cauſ.in poſſ.eat.Termi. in proc.c.15.Schvv.in ſuo proceſſ.ſtatim in pr.in expli.l.conſenta.C.quomo.& quand.aut ad cuius manus tertia pervenit citatio, aut per edictum peremptorium citatus eſt, nec tamen venire, cum poſſet, voluit. d.l.conſentaneum.l.contumatia.53.l.quæſitum eſt.60.ff. de re iudi. d.l.poſt edictum.37.in fi.cum trib.præced.Mar.de contu.n.8. Schir.& Schvvar.d.lo. Nec in contumaciæ proceſſu diſtingvimus inter actorem & reum iuxta Cam.Ordina.p.3.tt.42.§.* Wo aber der Kleger.

*Kleger. cum §.ſeq.item tt 44 per tot.& tit.43. licet ſecundum ius civile ſit maior contumacia actoris quam rei.Geil.1.obs.59.n.6.* Sed hic non inconvenienter controvertitur an hoc ſimpliciter & generaliter de omni contumace ſit intelligendum? Nos negativam tanquam veriorem defendere conabimur, nimirum tunc præcedentia vera eſſe quando contumax in judico nunquam comparuit. *per l. credit.28.§.iuſſus à iud.1.de ap. licet in prima inſtantia maior videatur eſſe contumacia ipſius, qui ſemel conſtitit in iudicio quam qui nunquam.Geil.1.obs.80.n.2.in fi.* b c *l. conſtitutiones 16. in in fi.de ap.l.ſi quis.6.§.9.ff.de iniuſto rupt.& irri.teſta.l.3.in fi.C. de officio præfec.præto.* d *l.ab executore.4.§.alio condemnato.2.in fi.de ap.* e *d.l.ab executo.§.fi. l. procuratorib.22.& l. nulla dubitatio eſt.23.C.de procura.* f *l.tractandum eſt.1.§. quis.3.ff.à quib.ap.non lic.l.ult.C.de tempor.ap.Covar.tom.2.f. 469.n.5.* g *l.obſervare.2.C.quor.ap.no.recip.l.1.§. Divus Severus.ff.de quæſti.niſi perſeveraverit extra tormenta confeſſus.d.l. 1.§.ſi quis ultro.27.ff.de quæſti.* h *l.ſervi appellare non poſſunt.15.& l.creditor.de ap.* i *& l.publicar.8 C.quor.ap.non recipi.* k *l.abſtinendum.4 d.tt.My.Centu.4.obs.50.* l *l.obſervare.2.in pr.C.quor.ap.non recipi.* m *d.l.obſervare.* n *l.generaliter 12 §.ſive autem.3.C.de reb.cred.& ibid. Goth.* o *l.ad ſolutionem.5 & ibi Gotho.C.de re iud. Silentio enim ſententia approbatur.l.cum ante.5 in med.pr.C.de recept.arbi.l.tale pactum.48. §.qui provocavit.1.ff.de pactis.* p *l.quoniam in pr. C. de falſ. mone.l.ſi qui.2.in fi eod.* q *d.l.abſtinendum.in pr.C.quor.ap. no.recipi.* r *l cum anterioribus.5.§.ſin autem partes.6.C.de tempo.ap.l.1.§.3.à quib.ap.*

## VII.

*A quib. Iudicibus appellare conceſſum eſt.*

Deinde à quocunq; Iudice tàm ordinario, quám delegato appellationis beneficium conceſſum eſſe conſtat *a*, ut á Comite orientis ad ampliſsimas poteſtates *b*, à Principe vel Comite Imperii extrajudicialiter gravante vigore Ordinationis *c*, ab executore quando modum excedit *d*, à Iudice reductionis *e*, à Rectore alicujus Collegii ad illum, cui collegium ſubjectum

ctum eſt *f*, à Commiſſariis Cæſaris, vel ad Cæſarem vel ad Cameram *g*.

a *l. à Proconſulib. 19. l. addictos. 29. l. iam trigeſima ſecunda. 35. l. ſi apud. 17. & l. 32. C. h. t. l. cum ſpecialis. 18. C. de iud. l. 2. in fi. C. de tempo. ap. l. 9. in fi. qui ſatisdar. cogunt. & tot. tt. ff. Quis & a quib. ap. licet. l. 3. C. qui metu iudicior. c. omnis. c. ad Roma. 2. q. 6. c. cum ſit. Rom. h. tt. Mar. n. 246. de ap. in 6. Gotho. l. 21. §. 1. C. de ædif. Specu. in h. tt. §. Nunc videndum. n. 1. Geil. I. obs. 144 n. 5. Exceptis tamen frivolis appellationibus. argum. l. & publicar. 8. C. quor. ap. non recipi.* b *id eſt, Præfectum Prætorio. Quæſtorem ſacri palatii. l. addictos ſupplicio. 29. & ibi Gotho. C. h. tt. l. præcipimus. 32. & l. iubemus. 34. eod. Novel 126. in pr. Cuia. in Novel. 22.* c *Geil. 1. obs. 120. immediate ad Cameram appellare conceditur, cum qua ſententia concordat Ius Can. c. bonæ memoriæ. & ibi Commu. Canoniſtæ de ap.* d *l. 5. C. de iure fiſ. l. ab executione 5. & ibi Gotho. C. quor. ap. non recipi. c. convenit ille. 43. & ibi Innoc. de ap. c. ulti. §. ab execut. 2. q. 6. Cuiac. lib. 12. obs. 6. Rolant. à Val 1. conſil. 43. n. 5. VVurms. tt. 24. obs. 10. cum ibi nota. Goth. in l. ab executore. 4. ff. h. tt. & in l. 2. C. de Epiſcop. audi.* e *Geil. 1 obs. 149. n. 5. Bald. in l. unica. n. 7. C. ne lic. in un. & ead. caus. Alexa. in conſi. 106. n. 7. ubi hanc ſententiam veriorem æquiorem & magis communem dicit. Covar. in lib. 2. c. 12. n. 4. & 5. ubi in anteced. & conſeq. de hac re diſputat. My. 2. obs. 61. Mar. n. 126. contra Moli. ad d. conſil. Alex. Barto. in l. 1. n. 17. ff. de lega. 2. gl. in l. 3. §. 1. ver. bonum. ff. de arbi. Iohan. Andr. in additio. Specul. h. tt. Sali. in l. maiorib. C. de ap. & in l. cum ante. q. pen. C. de arbi.* f *Bartol. in l. 1. ff. de ap. & Abb. in d. Rubr.* g *Propter concurrentem iuriſdictionem, in qua & præventio locum habet Geil. 1. obs. 121. n. 3. ubi ad id allegat c. cum plures. de officio delega. & l. ſi quis poſtea. ff. de iudi.*

### VIII.

*A quib. Iudicib. provocare non licet.*

E contra provocationis remedium non locum habet in Conſiliaris qui cauſam præſentibus vel abſentibus partibus examinarunt *a*, in delegato judicante extra tempus *b*, in arbitris regulariter *c*, in diſcuſſore ante ſententiæ tempus *d*, in executione ſententiæ *e*, in Epiſcopali arbitro à laicis electo *f*, in

Impera-

Imperatore, Papa *g*, Præfecto Prætoria *h*, Camera *i*, Septemviris Imperii Rom. propter ſpeciale privilegium Caroli IV. in aurea Bulla indultum *k*, in duce Lotharingio, domo Auſtriaca & Burgundica *l*, Rege Daniæ & Galliæ *m*, in ducatu Sclevvich, Senatu *n*, Proceribus S. Palatii *o* Præfecto Auguſtali *p*, Patriarcha *q*, & tandem non in Iudice, qui cum clauſula appellationis remota datus eſt *r*, ac omnibus majorem non agnoſcentibus.

a *l. iubemus. 34. C. de appell.* b *Quia nihil agit. l. cum non. 6. & ibi Goth. C. quand. provoc. non eſt ne. niſi conſenſu partium dies fuerit prorogatus. l. 2. §. 5. ff. de iudic.* c *Compromiſſarijs ſcilicet. l. non diſtingue. 32. § cum quidam. 14. ff. de recept. arbi. & ibi Gotho l. ſi. à quib. ap. non lic. l. 1. C. de recept. arbi. Mar. n. 279. h. tt. Gei. 1. obs. 1 n. 49. in pr. non autem neceſſarijs vel iuris in quibus contrarium verius eſſe putamus. l. 9 cum l. ſeq. qui ſatisdar. cog. l. fi. in fi. C. de iud. l. 2. à quib. ap. no. lic. Mar. 272. My. centu. 4. obs. 68 Alex. in l. nemo. 55. de Lega. 1. Geil. 1. obs. 33. n. 18. Rationem diverſitatis ponit. Schn. Inſti. de actionib. §. omnium. n. 27. de iure Canonico verò ab omnibus permiſſum eſt indiſtinctè c. ſane. 31. c. à iudicib. 30. & ibi gl. 2. q. 6.* d *l. 7. C. quand. ap. non. recip. l. 6. §. 3. & l. 26. C. de ap. My. 4. obs. 43. l. ulti. C. de diſcuſſo.* e *l. 4. h. tt. l. 5. C. quand. ap. l. 17. l. 21. C. de ap. Si merus executor exequitur, ſi verò miſtus appellationem omninò concedendam putamus, quia ab omni ſententia regulariter appellare licet. l. & in maiorib. C. de ap. c. omnis. c. ad Roma. 2. q. 6.* f *l. 8. C. de Episco. l. audient. alias ſecus iure novo auth. ſi quis. ibid. c. Romana. 3. §. debet autem de ap. in 6. c. omnis itaq́; 11. q. 1. quando videlicet à iudice datus eſt.* g *l. 1. §. 1. ff. à quib. ap. no. lic. c. cunctis. c. ipſi ſunt. c. patet. 9. q. 3. Novel 23. c. 4. c. non putam. 2. & ibi gl. de conſue. in 6. Mar. h. tt. n. 248. Chil. Konnig. in pra. c. 104 n. 2. quia Cæſar non cognoſcit ſuperiorem de iure civili. d. l. 1. §. 1 & totius mundi Monarcha appellatur. l. deprecat. ad L. Rhod. de iact. gl. ad c. quoniam. diſt. 9. Secundum Cano. tamen à ſententia notoria iniuſta ab Impe. ad Pap. ap. c. novit. de iudi. c. anteriorum. 28. 2. q. 6. c. cuncta. 17. cum c. ſeq. & c. 21. 9. q. 1. ſed in hoc iugum Pontificis non agnoſcimus.* h *l. à proconſulibus. 29. l. ſi quis. 30. l. cum iam. 35. C. de*

*ap.l.unica.C. de ſente.præfe.prato.Novel.82. c.12. ſed ſupplicatur. l.8.C.de Epiſcopali audi.* i *Propter concurrentem Cæſaris iuriſdictionem Geil.1.obs.41.pr.tot.& 1.obs.121.n. 3. Ordi. Cam. lib.3.tit.51. cuius verba hæc ſunt:* Wir ordenen / ſetzen/ vnnd wollen auch/ das von den Vrtheilen am Kay. Cammergericht ergangen/ vnd ausgeſprochen/ kein teil weiter zu appelliren / oder zu ſuppliciren macht haben ſoll. Vbi nec hoc omittendum Cameram nullam admittere regulariter appellationem, quando ſumma non excedit centum & quinquaginta florenos, vel privilegia ſtatibus, civitatibus & nonnullis principibus conceſſa. *Geil.1.obs.123.in pr. ubi hanc ſummam primò tantum quinquaginta florenos Rhenenſes fuiſſe, in quo conſentit cum My.3.obs.89 & 4.obs.4.& 5.obs.83.quod & apparet ex Ordi.Cam lib.2.tt.28.* §. *4. ibi* Vnnd ſonderlich ſetzen. *poſteaverò in Comitiis Spirenſibus Ann. 70.ut ex reces. f. 19.* §. Als wir dann auch. *in fi. videre eſt, celebratis, ad 150. florenos extenſam eſſe affirmat, quam & hodie per cumulationem coniungi licet, Geil.d.lo.My.obs.83.n.5. Duces Brunsvicenſes & Pomeraniæ ſunt privilegiati, quod nemo à S.ILL.C. ſive in Iudicialibus ſive extraiudicialibus, ſive definitivis ſive interlocutoriis poſſit appellare ſententiis, quando ſumma non excedit in cauſa principali trecentos aureos: referente Doberci.in ſuo Reperto.in quaſt. à quibus Iudicibus poſſit ap. & ad quem. Bred de ap.p.1.tt.15.ſub lit.P.circa fi. Similiter à Rever.ac Illus.Princip. Holſatiæ nulla admittitur provocatio ad Cameram ſi non cauſa principalis quingentos ſuperat florenos &c. & talia privilegia adiecta ſunt in* J.F.G. Hoffgericht vnd Landesordnungen. Quid igitur ſi quis in cauſa decimarum, injuriarum, in controverſiis ſuper annuis redditib. cenſibus, ſervitutibus aliiſque juribus incorporalibus ad Cameram provocare vellet? In his neque prædictam ſummam Cameræ, neque Privilegiorum obſervandam ſtatuimus, ſed eorum æſtimationem ex promulgata *l.in d.Comi.Spirenſi. fol.19.ibi:* Was aber vnablößliche Zin / oder nützung anlanget. *&c.& d.Ord.Cam.tt. 28.* §. Vnnd ſonderlich ſetzen. *ver.* doch ſollen hierin. *Vbi & additur ſi dubium eſt in quantitate ſummæ, tunc parti deferendum eſſe iuramentum ut iuret, ſe malle carere tanta ſumma quam à cauſa principali deſiſtere, quod & confirma-*

*ſpeculo aureo.n.218. & domino nequaquam competere reſtitutionis remedium ſive ſit ſolvendo ſive non ſolvendo procurator.* *Nam indubitati iuris eſt, negligentiam procuratoris, qui habuit plenariam agendi poteſtatem conceſſam. l.7. in fin.pr. ff. de pecul. l. 1. ff.de offic. procu. Cæſar. l. 60. in fi. ff.mandati. nocere domino. l. ſi procurator. C.de procu.l.transactionis placitum. C. de transactio. gl. ibi. in verbo derogavit. Bartol. in l. unica. §. ſi procurator num. 1. ff.ſi quis ius dic. & in l. certum. § ſed an & ipſos. num.2 ff. de confeſſis. nec rem iudicatam propter ipſius negligentiam reſcindendam eſſe. l. ſi procurator. 10. C. de procur. Iura enim vigilantibus ſcripta ſunt. l. pupillus. 24 ff. de his quæ in fraud. credi. l. quadam. 6. §. ſciendum. 7. eod. l. 16. ff. ex quib.cauſ.mai. l.21 de pecul. l. 2. C. de anno. excepti. & dominus ſibi ipſi imputare debet, quod tam negligentem elegerit procuratorem. l. cum mandato.in fi. ff. de mino. l. ſed etſi. §. fin. ff. de inſti. actio. gl. in c. 1. & 2. in verb. reſtituimus. de in integ. reſtitutio. Habet quoq; alias remedium ordinarium, nimirum actionem mandati ad intereſſe. l. ſi remunerandi. §. 1. & l.ſi procuratorem dedero.§.ſi tutores.ff mandati. l.ſi procurator. & l. licet.§ ea obligacto.ff.de procurato.gl.in c. qui generaliter. §. fi. de procura.in 6.Specul §.1.num.16.de procurato.* Quid autem ſi copia Iudicis haberi non poſsit, aut condemnatus judicem propter ſeveritatem adire nequeat, vel is recuſet? tunc ex communi opinione Dd. coram aliis honeſtis viris, vel coram notario appellatio interponenda eſt, cum proteſtatione. *l cum quidam.7.ff.de ap.l.2.C. de his qui per met.iudi.de ap.c.paſtoralis.11.de offici.iud.c.ordi VVeſen.in para. n.3.ff.quando ap ſit.& tom.1.conſilio.1.n.29.& conſi.43.n.244. Schn. in §. rurſus n.69.Inſti.de actio.Termi.c.53 Chilia.c. 104. num.3.in fi. Schurf.centur.1.conſi.60.& petere a Notario publico Apoſtolos teſtimoniales.c.ulti.de ap.d.c.paſtoralis. Chili, & Termi. d.lo quod ſi patebit Iudicem ex nulla iuſta cauſa denegaſſe appellationem mulctatur pœna ordinaria. l.quoniam iudices.C.de ap. Novel.127.c.3.expreſſa: quam tamen non amplius in uſu eſſe affirmat Chili, Konnig.c.114.num 16.& VVeſen.in para.hoc it n.11. (etſi ſibi ipſi contrarius eſt.in d.con.43.n.72.ubi Chil.refutare conatur,) quod & probatur c.de priore.31.h.ti.ubi Iudex non deferens*

mittitur ad ſuperiorem puniendus, arbitrio ſuperioris, & iure Saxo. præter expenſas 30 ſoldo. parti adverſæ, mulctam verò ſimiliter arbitrariam Iudici ſuperiori ſolvere cogitur Fach. differen. 55. lib. 2. ar. 12. alijs verò locis ut in Gallia & Belgico certæ pecuniariæ conſtitutæ ſunt pœnæ. VVes. h. tt. n. 11. in fi. Quare ſi modo appellatio prorſus non eſt frivola. c. dilectus. de reſcriptis. l. chirographis. §. 1. ff de administr. tuto. (quia in his Iudex quoq; cum litigatore 25. libris auri, quando admittit mulctatur. c. ei qui 41. §. ſi quis. etiam. 2 q. 6) Conſultius eſt & in dubio provocationes admittere. Ch d. c. 114. n. 1. in fi. & c. 128. n. 2. Decius l. quoties. 200. n. 3. de R. I. quia inter duo mala minimum eli eligendum eſt. l. ſi procurator rei. 9. & ibi gl. ff. de doli mali & met. exc. e c. concertationi. 8. de ap. in 6. l. fi. C. ſi pend. ap. l. præſes provinciæ. 5. C. de ap. l. 1. §. fi. ff. quand. ap. ſit. l. labeo. & ibi Bartol. C. quomod. & quand. Specul. §. reſtat. hoc tt. Schvv. d. lo. c. 9. n. 6. Schn ſup. citato loco. n. 68 Fach. controv. iur. lib. 1. c. 81. Chili. Kon. d. c. 104. n. 4. My. 2 obs. 2. Geil. 1. obs. 139. n. 7. & 8. f d. auth. hodie. d. c. quod ad conſultationem. gl. in cle. ſicut ad appellationem, in verbo, à die, de ap. Mar. cit. lo. 213 hora itaq; diei in formulis latæ ſententiæ inſerenda eſt, ut cognoſci poſſit an ſit elapſum decennium, an verò non, ſecundùm Spec. in d. §. reſtat. n. 3. Gei. d. obs. 139 n. 5. g d. c. concertatione. Spec. in §. reſtat. Mar. 215. Schvv. c. 9. n. 6. h l. 2. C. de ferijs. gl. in c. appellatio. 9. in vocabulo. lecta. de ap. in 6. Fel in d. c. quod ad conſulta. n. 26. Alex. & Angel. in l. huiusmodi. ff. de V. O. Schni. in §. rurſus. n. 68. Inſti. de actio. Bartol. in l. 1. §. dies. ff. quand. ap. ſit. Bal. d. l. 2 C. de ferijs. Schvv. d. c. 9. n. 8. in fi. Vbi conſuetudinem forenſem non tamen adeò arctam dinumerationem obſervare, ſed & totam diem, qua primum ſententia dicta eſt, fatalibus annumerare non ſolere, affirmat. Appellationis formulæ continere debent nomen appellantis, appellati & à qua ſententia. l. 1. §. libelli. 4. ff. h. tt. l. unica. §. 1. de libel. dimiſſo. Integri libelli habentur ap. Termi. ſæpe. d. c. Schvv. d. lib. c. 8. Olim unicum verbum ſufficiebat, nimirum appello. l. ſed ſi. 2. h. tt. l. ſi quis. 30. C. eod. In Camera ex Ordina. p. 2. tt. 29. §. Item ſo ſoll. abſq; inſinuatione appellationes recipiuntur. My. 4. obs. 44.

XIX.

*Alterum fatale.* Secundum fatale ad apoſtolos petendos ſpectat, qui

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0038-1

qui nihil aliud ſunt, quam libelli dimiſſorii poſt interpoſitam appellationem à qualibet cauſa, à Iudice, à quo, ad Iudicem ad quem dati, qui de appellatione cognituꝰ eſt, continens quomodo talis perſona, à ſententia lata provocavit, quibus Iudici ſuperiori fundamentum totius cauſæ aperitur ac exponitur *a*. Et hi petendi ſunt in ſpacio triginta dierum fluere incipientium, à die latæ ſententiæ & ſcientiæ, quòd ſi neglectum fuerit appellatio præſumitur deſerta *b*. Suntque varii *c*, & diverſos habent effectus, quia ſi devoluunt appellationem ſunt aut dimiſſorii *d*, aut reverentiales *e*, per quos dimittitur appellans ex Iuriſdictione inferioris, & appellatio in honorem & reverentiam ſuperioris conceditur, ac ei defertur: aut ſunt refutatorii, ob certam cauſam appellanti provocationem retractantes *f*, aut conventionales aut teſtimoniales *g*, de facta appellatione teſtimonium præbentes.

a *c. cum ſuper. de ap. in 6. l. poſt appellationem. ff. de lib. dimiſ. l. Iudicibus. C. de ap. Termi. c. 53. Schvv. c. 10. n. 5. Mar. 219 dimiſſoriæ literæ propterea dicuntur, quod per eas cauſa ad eum ad quem appellatum eſt, dimittitur. l. dimiſſoria 106. de V. S. quæ olim non niſi ſub cautione dabantur, quod poſtea correctum fuit. l. eos, qui. 6. §. apoſtolos. 6. & ibi Goth. C. h. t. conſuetudo tamen adhuc in nonnullis locus eſt, ut appellantes iurent de non temerè appellando, quod iuramentum ab herede quoq; præſtari poteſt. My. cent. 3. obs. 56. allegando Bartol. in l. ſi per alium. §. fi. ff. ne quis eum. Geil. 1. obs. 124. n. 1. & hodiè in aliquibus locis ex officio Iudex, etiamſi non petuntur ab eo, appellanti, una cum actis obſignatis apoſtolos debet. d. l. eos qui. §. fi. l. 15. apud quem. C. de edendo. Duar. c. 1. h. tt. quod Schv. in d. lo. n. 4. in Auſtria ſic uſitatum affirmat contra d. Chil. Kon. c. 131. n. 4. & Termi. d. lo. Iudex requiſitus apoſtolos denegare non audet, aliàs mulctatur, l. quoniam. 12. C. h. tt. d. l. de lib. dimiſ.* b *c. ab eo. de ap. in 6. cle. quamvis eod. c. eo qui. §. Iudicibus. 2. q. 6. l. Iudicibus. 24. l. præcipimus. 32. C. de ap. Quia ſunt de forma appellationis, qua omiſſa annullatur proceſſus, cum forma dat eſſe rei, c. quia propter. de electio. l. cum hi. in pr. & in §. ſi Prætor. ff. de transacti.*

 *l. Iulianus.*

*l. Julianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhib. Gei. 1. obs. 124. n. 2. obs. 139 n. 15. ob. 19 n. 15 & 16. ac paria ſunt aliquid non fieri, aut minus rectè fieri. l. 2. §. ſi quis. ff. qui ſatisdar. cogun. Maran. d. lo. n. 219 Chiſi. 12. obs. 29. Chili. c. 130. num. 4. & c. 110. n. 1. Spe. h. tt. Myn. 4. obs. 36. VVurms. 1. obs. 24. contra Hoſti. in c. cordi. h. tt.* *Antiquo iure tantum ſpacium quatuor dierum concedebatur. d. c ab eo. Schov. d. lo. & c. num. 3.* *Sed neq; hoc neq; novum tempus Camera adeo ſtrictè perpendit, verum recipit & appellationes ſine apoſtolis petitis. Ordi. Cam. p. 2. tt. 20. §. 1. Geil. 1. obs. 139. in fi. & obſ. 124 n. 2. Myns. 4. obs. 6. quod & in Illuſtri. Princip. Brand domini mei clementiſſimi Iudicio in cauſis matrimonialib. obſervatur. Berolini.*

c *Quos recenſet Specul. d. tt. in § ſequitur. per totum. Chil. d. c. 130. per tot. Marant. d. lo. n. 225. cum ſeq.* d *c. ab eo. in 6. & c. ab eo. 2. q. 6. cle. unica. de libell. dimiſſo.* e *l. eos. §. ſuper his. 3 C. de ap. c. cordi. eod. in 6.* f *l ſi. §. in refutatorijs. C. eod. & dantur in ijs caſibus, in quibus de iure appellatio eſt interdicta, quos recenſet Specula. de ap. §. in quib. p. 2.* g *& hi priores dantur aut ab appellato aut à Notario, ſive in iudicio Iudice refutante, vel tacente, aut permittente. c. oblatæ. d. ap. Chili. d. c. 130 n. ul. Ter. c. 53. Tholoſ. ſup. d. lo. n. 28: de poſterio. in notis præced ib. diximus. Sed cuius ſumptibus apoſtoli ſint exigendi, vel appellantis aut appellati, aut Iudicis in dubium vocatur? ſed commu. ſententia eſt expenſis appellantis id fieri. gl. in c. quamvis. verb. oblatos. de ap. Bald. in l. eos. §. apoſtolos. col. 3. verſi. quæri conſuevit. C. de ap.* Porrò an in extrajudicialibus apoſtoli peti poſsint inter Dd. in controverſiam venit? verùm ſi à Iudice extrajudicium quis gravatur, tunc rectè aliquem apoſtolos petere poſſe, ſecùs verò quando à parte defendere conabimur. *gl. in c. cordi. in verb. vel extra de ap. in 6. quæ de parte gravante extrajudicialiter. & gl. c. ut ſuper in ver. ille Iudex eod. quæ de Iudice loquitur. Chilia. c. 130. num. 3. in fi. An autem interſit quod apoſtoli petantur in ſcriptis, vel viva voce practici negant. Specul. §. ſequitur. in fi. h. tt. p. 4. Chili. d. lo. & n. ſicuti & in ultimo die eos adhuc petere poſſe affirmant c. anteriorem. 2. q. 6.*

XX.

Non autem ſufficit intra decendium appellatum,

&c

& apoſtolos petitos eſſe, ſed neceſſe eſt ut & introducatur appellatio *a*, & huc pertinet tertium appellationum tempus, quod licet de jure non ſit expreſſum, ſed arbirrio iudicis à quo committitur, qui conſideratis circumſtantiis locorum & perſonarum partibus præſcribit *b*: tamen ex Ordinatione Cameræ Impe. ſex menſes ad id efficiendum litigatoribus conceduntur *c*. In Auſtria verò in judicialibus appellationibus unicus menſis, & in extrajudicialibus tantum tres dies dantur. *d*. Quæ tempora licet ſint diverſa, tamen quando non obſervantur, & præteriuntur, ſententia ſicut & in præcedentibus fatalibus, & in ultimo, tranſit in rem judicatam, ac appellatio prodeſerta habetur *e*.

*a* Et ut Iudices in ſpacio triginta dierum à ſententia lata pro debita mercede cum ſubſcriptione & ſubſigillo iudiciali appellanti copiam actorum edant. c. ut debitus. 59. h. tt. l. Iudicibus. 24. l. præcipimus. 32. §. in his autem. 2. l. neq; is. & l. à proconſulib. 19. C. eod. Novel. 134. c. 3. Novel. 126. c. 3. l. 3. C. de temp. ap. l. is ap. quem. 2. Bartol. ibid. num. 1. & Commu. Dd. C. de edendo. quod ſi recuſatum fuerit per literas compulſorias primò ſimplices Einfache zwans brieffe. ad id compelli poſſunt. d. l. is apud quem ad hoc expreſſe notat Bartol. n. 2. Iaſon. ſimiliter. num. 9. Ordinatio Cameræ. p. 2. tt. 3. ſi. in pr. cir. ſi. ſub poena pecuniaria tales literas partibus communicat, ſed abſq; clauſula iuſtificatoria annexa, quia de iure acta aliàs edere tenentur. d. l. is apud quem. Geil. 1. obs. 13. & 15. & communiter cum citatione decernuntur. Geil. 1. obs. 134. num. 2. ac ſe nonnunquam extendunt, non ſolum ad acta, ſed etiam ad edendas rationes, inſtrumenta, miſſivas, inveſtituras, & ſtatuta civitatum ſecundum com. opi. Dd. d. l. is apud quem. & in l. 1. §. editiones. ff. de edendo. & ibi gl. in verb. die & conſule Canoniſ. in c. 1. de probatio. & Receſ. Imperij Spir. An. 70. fol. 20. §. In den appellation ſachen. & d. p. 2. tt. 31. §. Es ſollen vnnd mügen. Quod tamen cum hac limitatione tenendum putamus, quando inſtrumenta ſunt generalia ad ſolam illam cauſam pendentem non pertinentia, tunc originalia eduntur, quando verò ſunt tantum ſpecialia,

tunc

*tunc partibus tantum tranſumptum ſeu copia, ſeu vidimus communicatur. c. quoniam. de probat. l quoniam. 18. d. l. à Proconſulibus. & l. eos qui. 6. §. ſuper his. 3. & ibi gl. ac Bartol. C. de ap. Specul. in tit. de inſtrum. editio. §. nunc dicamus. n. 12. & ita quoq; in Camera obſervatur teſte Geil. d. lo. n. 11. & 12.* An verò inſtrumenta & ſcripturæ in Iudicio productæ dicantur eſſe de actis, *Vide Maran. eleganter de hac re in p. 6. de actor. editio. differentem.* Sed quid ſi Iudex inferior poſt primas compulſorias acceptas nondum obedientiam præſtat ac copiam actorum edit? *tunc Cam. quidem non ſtatim eum condemnat, verum aut in ſcriptis aut viva voce petitio ab appellante pro arctioribus compulſorialibus & citatione ad videndum Iudicem inferiorem, incidiſſe in pœnas ſimplicium compulſorialium, iudicialiter fieri oportet, quæ tunc ei communicantur, & ita in practica obſervari notat Geil. d. lo. n. 3. Quod tamen ex conſtitutione Imperij Spiræ An. 70. fol. 20. promulgata in §.* In den appellation ſachen. *correctum videtur, ubi ponitur Iudicem inferiorem ſtatim condemnandum in comminationis poenam ſimplicium compulſorialium propter contumaciam. l. ſancimus. C. de iudicijs. quia præſumitur in dolo eſſe. l. non poteſt dolo. d R. I. Mar. n 53. d. lo. de actor. edi. VVes. in conſil 43. nu. 73. cum ſeq to. 1. Quæ tamen de maiorib. cauſis tantum intelligenda putamus: nam in minoribus & brevioribus, ſcriptura non requiritur Auth. niſi breves. C. de ſentent. ex brevic. recit. Bartol. ibi. n. 2. cum ſeq. in l. ſervus communis. la. 1. n. 2. de ſtipula. ſervo. ſed fides habetur relationi Iudicis. l. apparitores. de exactio tributo. Specul. de cita. §. ſequitur. n. 6. præſumitur enim & in dubio pro Magiſtratu. l. 2. C. de offic. Civili Iud. ibi. quod non arbitramur. c. præſentia. de renuncia. c. ſicut nobis. in fi. de ſenten. & re iudi. Quomodo autem de iure Saxo. Iudices Ordinarij, Scabini, & alij Magiſtra. de proceſſu coram ipſis habito ac actis in iudicijs exhibitis teſtari debent habetur. in ar. 8. lib. 3.* Landr. *& ibi ſub addita lit. lat. A. & in gl. 2. art. 100.* Weichbildt. *& pleni arti. 7. & 8. lib. 1* Landtrecht. *Quod autem acta in Originalib. non edantur hoc ideo fieri putamus, quia acta originalia iudicio ſunt affecta, ac perinde non eſſe edenda practici ſtatuunt, & ſi aliquod dubium oritur de fide exempli, ex illis deciditur c. quoniam contra. 11. de probatio. l. eos. §. ſuper his. gl. & Bartol. ibid. C. de ap. d. l. quoniam. & l. à Proconſuli.* Quando verò acta

ſunt

ſunt perdita primæ inſtantiæ, an teſtibus probari poſſint, aut non integrè edita, aut acta partes corruperunt, aut teſtes perſvaſerunt, ut falſa deponant, quid faciendum, & qua pœna delinquentes ſint afficiendi Dd. dubium reddidere? Nos in primo membro communem affirmativam à veritate non alienam eſſe putamus. *Bartol. in l. emancipatione. 11. & l. ſicut. C. de fide inſtrum. & in l. quæſitum. ff. de teſtib. Bald. in l. ne in arbitris. 4. num. 6. ibi venio ad verſiculum, ſi autem. C. de recep. arbi. & in l. ulti. col. 2. in ver. quære nunc quid. C. de re iudicata. & in l. litigatorib. 14. C. de ap. in l. quoniam. C. de hæreti. Mar. in ſpec. practi. p. 6. de actor. editi. n. 31 in med. Cano. in c. Albericus. de teſti. Innoc. c. quoniam. contra. de probatio.* *Et etiamſi acta alias regulariter per inſtrumenta probentur. Hippoli. de Marſi. in repetitione Rubricæ de proba. n. 20. Bar. d. l. ne in arbitris. 4. n. 3. in d. l. emancip. in pr. Bald. in d. l. ne in arbi. eod. ver. ubi ſcribit hoc ideo fieri, quia de actis debet apparere ſcriptura, unde non admittitur probatio teſtium, non ratione perſonæ, ſed ratione ſcripturæ, quæ deſideratur: tamen in hoc & notatu caſu in l. emancipatione. 11. C. de fide inſtrum. ſtatuimus acta amiſſa per teſtes, dummodo de tenore ipſorum, hoc eſt, ita fuiſſe ſcriptum & actum deponunt, probari poſſe. c. quoniam. 11. de probatio. Quod tamen ſecundum commu. opi. Dd. non de actu voluntariæ, ſed controverſæ iuriſdictionis ſcripturam de neceſſitate requirentibus intelligi volumus. Bartol. Bald. Mar. d. lo. Matth. Coler. in proceſſu executi. p. 2. c. 1. num. 61. Sichar. in d. l. emancipa. in fi. & in l. teſtium. 14. n. 7. C. de teſtib. Ubi requiſita tria ad hanc probationem neceſſaria ex Bartoli ſæpè d. doctrina. in l. emancipa. affert, videlicet I. neceſſe eſſe inſtrumentum fuiſſe confectum. II. amiſſum. & III. veritatem & tenorem ſcripti ita ſe habere. Nec hoc prætereundum, quando acta ex negligentia Iudicis ſunt amiſſa tunc partibus in litium condemnatur expenſas. My. 1. obs. 21. & ita* in ſecundo membro, quando acta non ſunt integrè edita ex negligentia Iudicis vel Notarii, litigatoribus tenetur ad intereſſe. *l. ſi quando. 19. C. de teſtib. de iure verò Canonico pœna arbitraria punitur. d. cap. quoniam contra. in fi. & ſic in Cam. quoq; obſervatur Gail. 1 obs. 134. num. 14. Ubi & quomodo defectus in actis ſit probandus annotat. ac in n. 21. eod.*

ponit in his duob. caſib. Cameram ex officio actori primæ inſtantiæ iniungere, ut coram illis de integro agat, aſſentit My. 2. obs. 16. qui & quo caſu appellans & appellatus teneantur acta redimere pro dimidijs expenſis, in obs. 21. notat. In 3. verò membro delinquentes totam amittere cauſam. l. in fraudem. 45. ff. de iure fiſci. gl. ibi in verb. cauſa cadit Fel. in c. cum venerabilis. nu. 19. cum ſeq. de excepti. ubi Com. dicit, & in ultimo eos alia poena afficiendos. l. qui nomine. 25. ff. ad L. Cornel. de fals. tot. tt. C. ſi ex falſ. inſtru. ac condemnatos ex depoſitione falſorum teſtium reſtituendos putamus. l. Divus Hadri. 33. & ibi Goth. ff. de re iudi. b c. perſonas. 4. c. ſeq. & c. pervenit ad nos. 28 c. cum cauſa. 8. c. Abbate de ſententi. & re iudi. in 6. c. cum cauſa. de re iudic. gl. in l. præſes. 5. C. eod. Ferra. in prax. forma. apoſtolo in verb. ſtatuit & aſſignavit Contr. VVes. in parv. ff. quand. ap. ſit. num. 5. ubi vult hoc tempus eſſe in iudicio ad quem. c In ordina. Came p. 2. tt. 30. §. 1. Wurden aber. & §. 4. Unnd ſo alſo. & hoc tempus. (quod etiam ad tres menſes reſtringitur, quando actum eſt contra Principem in cauſa ſpoliationis & ad Cameram appellatum fuit, Vormöge der auſtrege. p. 2. tt. 8. §. 9. Wo aber. & §. 10. Würde aber. in fi.) Iudex inferior quidem minuere, non autem prorogare poteſt. c. ad hæc. 27. & ibi Franc. h. tt. Iudex verò appellationis ex iuſtis cauſis. l. nonnunquam. 72. de iudic. l. 5. C. h. tt. ſi modo ad prorogationem termini obtinendam appellans in tempore conſtituto, id per ſupplicationem petit, quo autem elapſo, oleum & operam in petendo perdit iuxta Ord. Cam. d. p. & tt. Geil. 1. obs. 140. n. 7. ſimiliter interdum ex compromiſſo, aut expreſſo partium conſenſu nonnunquam prorogatur. cle. quamdiu. 4. h. tt. Auth. ſi tamen. C. de temp. ap. Geil. d. lo. n. 8. d Schvv. in proceſſ. iudi. lib. 3. c. 11. n. 2. e l. 18. quoniam. & ibi Bartol. l. ſi conſtat. C. de ap. c. ab eo. 8. eod. in 6. cle. quamvis. 2. h. tt. Maran. h. tt. n. 219. VVeſen. in para. ff. quando. appell. ſit. n. 4. Duar. c. 8. ff. intra quod temp. ap. ſit. Chili. c. 126. Et appellans condemnatur in expenſas. c. reprehenſibilis. 26. de ap. Ioh. Andr. in c. Romana. §. ſi verò de ap. in 6. gl. in c. finem litib. in verb. expenſas de dolo & contum. Bald. in l. ſancimus. C. de iudi. & in l. eos. §. fi. C. h. tt. & iure Sax. in art. 12. lib. 2. & Lehnr. c. 70. in tex. & gl. Weichb. ar. 13. Attamen hæc omnia locum non ha-

*non habent in temporibus & fatalibus appellationum. I. quando partes compromiſiſſent, vel ſi expreſſo conſenſu diſtuliſſent tempus proſequendi ab homine, vel iure præfixum, Cle. quamdiu de ap. II. quando appellatus petijſſet dilationem. III. propter infirmitatem appellati. IV. Si ſtetiſſet per ipſum Iudicem, quia non poteſt cogi per inferiorem. V. ex impedimento iuſto ipſius appellantis, impeditus fuiſſet, vel propter tempeſtatem, gverram, paupertatem, inopiam, vel alia iuſta & legitima impedimenta: & VI. propter impedimentum teſtium vel inſtrumentorũ, quæ ſine culpa ſua habere non potuit. de quib. vid. Innoc. & Abba. in c. ex ratione. de ap.* Verum quando deſerta deprehenditur appellatio, quis tunc competens ſit judex, qui de deſertione pronunciat, non inconvenienter in controverſiam venit? Et ſi nondum eſt in tempore proſecutionis, nec appellatio eſt devoluta, tunc iis ſubſcribimus, qui inferiorem Iudicem competentem affirmant. *c. perſonas: & c. cum ſit Romana. de ap. Si vero appellatio eſt iuſtificata, tunc ſuperiorem Iudicem competentem putamus Chili. c. 126. in fi.*

XXI.

Reſtat adhuc ultimum fatale; in proſequenda ac juſtificanda appellatione ſitum, quod annale eſt, & nonnunquam ex juſta cauſa ſe extenditur ad ſecundum *a* & tertium annum vel ad tantum tempus, quantum Iudex appellanti videt neceſſarium eſſe, qui legitimis impedimentis fuit impeditus, quod non potuerit abſolvere devolutam provocationem. Qua enim ratione non labitur primum fatale, in hoc ultimo tempore, eadem ratione & non ſecundum *b*, unde apparet falſam eſſe opinionem eorum, qui putant reſtitutionem inintegrum appellanti eſſe in eo caſu neceſſariam. *Quartum fatale.*

a *Auth. ei qui. C. de ap. c. cum ſit Romana. eod. cle. ſicut eod. c. ſæpè. c. conſtitutus. & c. ratione. & ibi Dd. de ap. Schvv. in ſuo proceſſ. lib. 3. de ap. c. 12. num. 1. Geil. 1. obs. 141. in pr. Et dicuntur hæc quatuor appellationum tempora, ſicuti & hic primus annus, quemadmodum & ſecundus in perſequenda appellatione fatalia, quia ſicuti mors extingvit*

 hominem

*hominem, ita lapſus horum terminorum extinguit appellationem. Abb. in d. c. ex ratione poſt pri. ita quod neque appellans, neq; appellatus poſſit deſertam illam appellationem poſtea proſequi Capella Tholoſ. q. 244. ſed iudex à quo exequitur ſententiam antea abſolutam. Vnde patet officium Iudicis minoris non in totum eſſe ſublatum in ſecunda inſtantia, ſed interdum ſuſpenſum, quando appellans vincit, aut appellationem legitimo tempore proſequitur.* Et etiamſi ingens ſit Dd. conflictus, à quo die hoc 4. appellationum tempus incipit fluere, tamen communi calculo eorum ſententia videtur approbata, quid à tempore interpoſitæ appellationis computare incipiunt. *gl. in cle. ſicut in verb. à die de ap. Sali. in l. fi. § illud. n. 4. C. de tempo. ap. Schvv. d. c. 12. n. 3. Geil. d. obs. n. 1.* Sed hic ulterius utilis à D d. movetur quæſtio, an in ſecunda inſtantia litis quoque conteſtatio neceſſaria ſit? In qua quo ad praxin ſententiam in Camera receptam defendere conabimur affirmativam. *Ordi. Cam. p. 3. tt. 32. §. 3. in fin.* Sol der *appellat* auff die appellation klage zuantworten/vnd *litem* zu conteſtiren ſchuldig ſein. *In theoria vero contrariam negativam. c. pertuas. de ap. & Innoc. circa fi. l. fi. § illud. C. de temp. ap.* Novel. *49. c. quia igitur. 3. Bartol. Augel. & Commu. Dd. in l. unica. C. ne lic. in una & ead. caus. ter. provo. 1. Geil. 1. obs. 1. obs. 76. My. 1. obs. 1. Alij quidem diſtinguunt, utrum procedatur contra abſentem, ut eo caſu non ſit opus litis conteſtatione, ſecus ſi contra præſentem. Rota. decis. 3. de litis conteſta. in antiq. Socinus in c. quoniam frequenter. n. 74. ut li. non conteſta. Imola. in d. c. perpetuas. n. 7. de reconventione an locum habeat, in hac ſecunda inſtantia, dictum eſt in Diſputatione tertia.* Deinde an novitates ſuper articulis in prima inſtantia non probatis produci poſsint, dubio non caret? Nos affirmativam veriorem putamus. *perl. per hanc. C. de temp. ap. l. inofferendu. 37. C. de ap. ac gl. in Auth. at qui ſemel. in verbo productione. C. de probatio. Schvv. c. 13. n. 6. Sichard. d. l. ad qui ſemel. n. 25.* b *d. c. ex ratione. Schvv. c. 12. n. 4. Geil. 1. obs. 141. ubi n. 6. ponit Cameram fatalia proſecutionis propter multitudinem cauſarum non perpendere quia in Conſiſtorio Principis propter prædictā rationem talia fatalia non currunt. Auth. ſed & lis. C. de temp. ap. c. anteriorem. §. ad hoc ſancimus. 2. q. 6. My. 3. obs. 15. n. 12.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0046-5

## XXII.

Effectus appellationis multiplex eſt, Iudex enim appellationem regulariter *a*, exceptis tantum caſibus jure expreſsis deferre tenetur *b*: ſicuti ante dictum eſt. Et quia appellatio ſententiam, quo ad præſentem cauſæ ſtatum extinguit *c*, quo ad futurum ſuſpendit *d*, attentata ſeu innovata ea pendente ſtatim, & ante omnia à Iudice ad quem ſunt revocanda *e*, idque in appellatione à definitiva & ejus vim habente ſine ullo impedimento ac mora procedit, in interlocutoria verò ſimplici tùm demum, cùm juſtificata *f*, vel inhibitio facta eſt *g*.

*De effectu appell.*

a *Novel. 82. c. 12. & Novel. 126. c fi. l. Iudicibus. 24. C. h. tt. Mar. n. 399.* b *in l. fi. de ap. recipi. l. 1 §. fi. C. ad SC. Turpillia. c. Romana. §. ſi verò cum §. ſeq. de ap. in 6. Geil. 1. obs. 44. Bartol. in l. licet non inhibeatur Iudici à quo tamen ligantur ei manus in cauſa. in l. eis qui. in 2. Col. in ver. 2. quæro ff. de ap. reci.* d *l. 6. §. 1. de his notant. infa. l 2. §. fi. de pænis.* e *l. unica. ff. Nihil innovari. ap. interp. l penul. de ap. recipi. l. 3 h. tt. c. 7. eod. in 6. quod tamen trib. in caſib. fallit. vide Schvv. c. 15. n. 2.* f *Dicitur autem iuſtificata, quando declaratur quod cauſa appellationis ſit legitima, & probatur veritas ipſius cauſæ in appellatione expreſſa. c. ut debitus. & c. interpoſita. in pr. de ap.* g *Mar. c. 171. cum ſeq. Geil. d. lo. reliqua de attentatis in ſeq. diſp. His & alij adjciuntur effectus, nimirum quod cauſam ad ſuperiorem devolvat. l. 1. §. 3. h. tt. & in eum ſtatum quem habuit tempore litis conteſtatæ reducit arg. l. ita demum 13. & ibi Dd. C. de procurato. Sich. d. l. ita demum. 13. n. 13. & in Auth. at qui ſemel. n. 26 C. de probatio. in l. ab eo iudicato. 3 C. quom. & quand. Iudex n. 15. in l. fideiuſſor. 10. n. 13. C. de fideiuſſ. & man. Geil. 1. obs. 144. Schvv. c. 15. n. 4. Et hinc hoc beneficium originem traxit, quod utraq; pars. l. 4. C. de temp. aq. l. fi. C. h. tt. l. fi. C. quand. provoca. Geil. 1. obs. 122. n. 3. & 4. Myn. 2. obs. 21. exceptiones peremptorias, non tamen dilatorias. d. l. 13. ante non oppoſitas in appellationis cauſa opponere & articulos nondum probatos probare poſſit. l. 4. l. eos. 6. §. 3. l. 37. in fin. C. h. tt. c. fraternitatis. 17. de teſtib. Mar. n. 159. Præterea & hic appellationis Effectus eſt à definitiva, quod cauſa ſemel capta ad Iudicem*

non remittatur l. eos. in pr. C. h. tt. ab interlocutoria verò, quod tota cauſa ad Iudicem appellationis devolvatur, ubi appellatio iuſta pronunciatur. c. ut debitus 59. h. tt. c. Romana. §. fi. eod. in 6. Gei. 1. obs. 131. Porrò Iudex appellationis ſententiam, non ſolum reformatam, ſed & confirmatam exequitur. l. praecipimus. 32. §. in his. h. tt. Auth. ſi quis litigantium. C. de Epiſcop. audi. My. 4. obs. 94. & 5. obs. 94. Geil. 1. obs. 113. n. 14. deſerta verò appellatione cauſa ad priorem Iudicem pro executione facienda remittitur. Geil. & My. d. lo. & 2. obs. 70. Deniq; hic quæri ſolet de expenſarum refuſione, quoniam autem illa quæſtio ad expenſas propriè ſpectat, in præced. diſputa. de ea tractata eſt. Et tandem finem principalem eſſe arbitramur ſententiam iniquam corrigere & bene latam confirmare. c. cum ſpeciali. 61. §. porro. h. tt. Duaren. hoc tt. c. 3.

*Finis appell.*

## XXIII.

*Cognata provocatio.*

Cognata eſſe putamus, cum pro terminis ſuſpenſivis cauſarum in jure habeantur *a*. I. Relatio *b*, quæ multipliciter fieri ſolet, ut quando Iudex in aliqua cauſa gravi conſilium petit à Principe *c*, vel quando ex neceſsitate delegationis, delegatus cui tantum poteſtas procedendi data fuit, uſq; ad definitivam ſententiam excluſivè, proceſſum mittit Principi ad decidendum in cauſa, ſeu definitivam ſententiam ferendam *d*, vel quod ex difficultate cauſæ Iudex inferior, ad quem ſcognitio talis non ſpectat, cogitur ipſius cognitionem majori referre *e*, vel tandem, quando Iudex vulgaris, petit conſilium in caſu aliquo periculoſo, aut intricato à Iuriſperito *f*. II. Supplicatio, quæ cum ſuperiori convenit Leuteratione, quam Dd. putant interponendam eſſe, quando aliquis reclamat à ſententia Principis, vel á ſententia Præfecti prætorio *g*. III. Reclamatio, licet ſit terminus admodum generalis, & refertur communiter ad illas ſententias, à quibus de jure non appellatur, unde nonnulli putant ad ſententias ab Arbitris & Arbitratoribus latas, referendam eſſe, ac in omnibus convenire Reductioni ad arbitri. boni viri *h*. IV. Recuſatio, quæ fit, quando Iudex redditur ſuſpe-

ctus propter cauſam aliquam, qui cum recuſatur, non poteſt procedere in cauſa, alias proceſſus fieret nullus *i*. V, Reſtitutio, ut quando minor in priſtinum reſtituitur ſtatum, qui antea erat læſus k. VI. Querela, quæ ſi largè ſumitur modo pro omni remedio ponitur, per quod quis recurrit ad ſuperiorem, per viam gravaminis, & tunc appellationem & reſtitutionem includit *l*, quando autem ſtricte ſumitur tunc ab appellatione differt *m*.

a *Maran. in d. lo. n. 4.* b *Quæ non poſt ſed ante ſententiam interponitur. c. ſi quid. 14. Novel. 82. VVes. in para. ff. h. tt. n. 12. niſi in cauſis criminalib. l. inter poenas. 6. §. deportandi. 1. ff. de interdi. & relega. & deportatis. l. ſi quis filio. 6. §. quid tamen. 9. ff. de iniuſt. rupt. irri. fact. teſta.* c *Quid ſcil. ſit in cauſa faciendum. l. eum quem. §. iudicibus ff. de iudici. l. 1. & fina. & ibi Barto. ac Bald. C. de Relatio. c. intimaſti. & ibi Dd. de ap. Specula. in tit. de Relatio. in pr. Schvv. d. lo. de ap. in pr. n. 7.* d *c. conſtitutus. de ap. Maran. d. lo. n. 7.* e *l. 1. §. 1. ff. de ap. c. maiores. de baptis. c. 3 ut debitus & c. intimaſti. de ap.* f *Philip. Abb. & Card. in d. c. intimaſti referente Mar. d. lo. n. 8.* g *à quorum ſententia aliàs provocare non licet. l. unica. C. de ſent. Præfe. Prato.* h *Sali. in l. cum antea. §. 1. C. de arbi. Mar. d. lo. n. 11.* i *Bartol. & Dd. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. Mar. d. lo. n. 24. & par. 4. diſtinct. 16. ver. ſed quando dicitur iudicium nullum. &c.* k *l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minorib. Bartol in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 2. ver. quæro. quid ſi filius. ff. de lib. & poſthum.* l *l. ab eo. in ver. querelam. & ibi gl. C. quomod. & quand. Iud. Soci. conſil. 96. col. 3. in fi. in 1. volu.* m *gl. in c. querelam. de procur. Fel. in c. querelam col. pe. de iureiurand. Deci. conſil. 125. col. fi. in 2. volu.*

## COROLLA.

Ex effectu appellationis communis concluſio eſt Iudicem inferiorem non poſſe captivum appellantem in carcere retinere, ſed Iudicem appellationis pro circumſtantia facti, & pro ſua authoritate captivum appellantem

pellantem cuſtodiæ eximerē, & data cautione liberare poſſe. *l. eos qui. 4. §. ſuper his. 3. l. minime. 12. C. de ap. Barto. Bald. Sal. in d. l. eos qui. Bald. in l. 2 n. 26. C. de Epiſcop. audi. & in l. furti. §. 1 n. 6. in fi. ff. de his qui notant. infa.* quia carceratio eſt pars proceſſus. *cle. 1. de hæret. Ange. in tract. malef. ver. præſente Caio. n. 16. Angel. & Zab. cle. 1. de exceſſib. prælat. Feli. in c. quoniam contra. n. 8. de proba.* Vt igitur reliqua acta proceſſus debent ad Iudicem ad quem transmitti. *l. 2. C. de edend.* ita & perſona incarcerati. &c.

# P A R E R G O N.

IN Camera Imperiali quidem, mulier præfertur omnibus creditoribus tàm tacitam quam expreſſam hypothecam etiam anteriorem habentibus, *teſte My. centu. 4. obs. 13. & §. fuerat. num. 12. & 13. Inſti. de actio. non verò ſecundùm Geil. 2. obs. 25 n. 10. in fi.* Sed jure civili & Saxonico ſervatur contrarium ex communi opinione, videlicet ut præferatur hypothecariis expreſſam habentibus poſteriorem: Cæterùm anterioribus tacitam tantùm habentibus, & non è contra. *Bart. & Commu. Dd. in d. aſſiduis. C. qui potior. in pig. hab. Ripa. l. quaſitum. n. 7. de privil. credi. Coras. l. qui liberos. n. 18. de ritu nup. VVeſenb. to. 1. conſi. 50. n. 24. Schurf. conſi. 22 centu. 1. per tot. qui omnes hanc communem dicunt: ſequitur Conſti. 28. in pr. par. 1. vers.* Vnnd nach dieſem ſoll des Schůldeners Eheweib / mit jhrem eingebrachten guth/ ſo viel ſie des erweiſen kan / allen andern Gleubigern / ſo nicht eltere außtrůckliche verpfendung haben / vorgezogen werden.

# AD DOCTRINA ATQVE VIRTVTE ORNATISſimum Virum, Dn. *M. Iohannem Colerum* amicum ac convictorem longè ſuaviſſimum.

## IANVS COLERVS.

ἀναγραμματισθείς.

NAVVS, COLERIS.

*NAVVS es & doctus: meritò ſic, JANE, COLERIS:*
*Qui doctum meritò nomen honore geris.*
*Te navum & doctum, ſatis hæc tria lemmata, doctis*
*Quæ modò proponis diſcutienda, docent.*

Elias Reulnerus L.

*ALIVD.*

*QVem Virtus Muſæq; ſui benè fervidum amore*
*Suaviter aſpectant, quem Palladis ampla ſerenæ*

 Templa

Templa iuvant, claræq́ oblectant iugiter artes:
Hunc ſacer ambit Honos, hunc læto Gloria vultu
Proſequitur, niveisq́ comes circumvolat alis,
Magnorumq́ choris amat inſeruiſſe Deorum:
Exemplum mihi J A N E refers, cui laurea Muſæ
Munera, cui virtus ſua ſerta, ſuamq́ corollam
Tritonis pridem tribuere, ſuave paratæ
Doctrinæ indicium vigilatorumq́ laborũ.
Sed cum diſcendi vigili mens excita cura
Haud ita ſubſiſtat, verum ad maiora citato
Jmpete contendat, Themidosq́ ſacraria mirè
Viſere lætetur, bona te fors ducet, & olim
Plura feres, maiora feres, maiora laboris
Præmia, conſpicuos meritosq́ Themiſtos honores.
Nunquam etenim ſteriles Divæ hic offenderis agros.

Jto

Ito igitur, quò te ſtudium prolectat honeſtum.
Ito viam Themidos: felix ductoribus amplis, (ante
Quos fors, fortuna obtulit: &, quò nobilis
Reigerius deſiderium, quodq; optimus almæ
Optimus Antiſtes Themidos, caſtusq; Sacerdos
Senſim HACKELMANNUS iam fini deſtinat: altum
Mox, ſuperabis iter, ſuperabis acerba viarū
Tædia, mox Divæ campoſq; tenebis apricos:
Hinc age, IANE, tibi læto iam gratulor ore.

Hermannus Bokelman
Hamb.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0054-9

99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X

TA 7 OL



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0056-1

# DISPVTATIO
PROCESSVS IVDICIARII
Decima

# DE VTILISSIMA AC AMPLISSIMA APPELLATIONVM MATERIA.

QVAM

*Ex Iure Civili Canon. Saxon. Ordinatione Cam. Imperia. & receptis in foro Dd. opinionib. deſumptam*

*Divino aſpirante numine*

SVB PRAESIDIO

*Magnifici,*

*Nobiliſſ. ac Conſultiſſ. Viri*

Dn. ARNOLDI DE REYGER, IC.
Celeber. in florentiſsimo Archigymnaſio Thuringorum P.P.P. fideliſsimi Magdeburg. Conſiliarii digniſsimi

*Exercitij gratia publice in I C. Acroaſi diſcutiendam proponit*

M. IOHANNES COLERVS
G. S.

*Ad 13. Cal. Ianua. h. conſveta.*

*Ariſtotel. lib. 1. Eth. c. 3.*

Parum eſt jus noſſe, ſi uſus juris ignoretur. Quia finis civilis ſcientiæ non in cognitione, ſed in actione ſive practica conſiſtit.

IENÆ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO cIɔ Iɔ XCV.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-242057-p0057-6